



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 27. Senonensis Archiepiscopi epistola Pastoralis circa S. Augustini
doctrinam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Die ergo prima Octobris omnes Re- Sæc. XVII.
mensis Ecclesiæ Præpositi hanc suæ A.C. 1653.
Universitatis censuram Parisios ad Fa-
cultatem Theologicam transmisere, ut
eiusdem Doctores tam super præfatas
propositiones, quam earum censuras
suam pronuntiarent sententiam: quin-
decim igitur Sorbonici Doctores die de-
cima septima Decembris apposito suo
chirographo testati fuere, quod dictæ
propositiones merito a Remensi Theo-
logiæ Facultate fuerint damnatae &
convenientibus censuris affectæ: Hal-
lierus vero S. Theologiæ Doctor & Pro-
fessor regius insuper hæc addidit: „Ego
„subsignatus sententiæ Doctorum Re-
„mensium subscribo, insuperque cum
„summo Pontifice Innocentio decimo
„prædictam Positionem intellectam de
„libertate electiva, seu quæ ad meri-
„tum & demeritum requiritur (quæ
„sola proprie dicta libertas censeri &
„nominari solet) hæreticam expresse
„declaro, & SS. Augustino, & Thomæ
„injuriosam. Ita censeo.,,

§. XXVII.

*Senonensis Archiepiscopi epistola Pa-
storalis circa S. Augustini
doctrinam.*

F 5

Post-

Sæc. XVII. Postquam Innocentii X. Bulla ad Se-
A. C. 1653. nonenses fuerat perlata, Gondri-

Argentre
l. c. p. 276. nus illius Diæcesis Archiepiscopus quo-
rumdam cavillis deceptus, Pontificio
hoc decreto S. Augustini doctrinam
fuisse perstrictam censebat, quocirca
die vigesima tertia Septembris pastora-
lem edidit epistolam, in qua præfati
S. Doctoris doctrinam plurimum com-
mendabat, perinde acsi ea in maximo
verfaretur periculo: Vano ejusmodi ti-
more perculsus Gilbertus Choiseulius
Conferanensis Episcopus, die nona
Octobris hoc anno pariter ejusmodi li-
teras in sua Diæcesi evulgavit: post-
quam vero Senonensis Archiepiscopi
epistola Pietavium fuerat delata, mox
criminalium cauſarum Præfectus ex-
duorum Theologiae Magistrorum con-
ſilio illam die secunda Decembris sup-
preſſit. Insuper Mazarinus Cardinalis
duodecim Episcopis curam demanda-
bat, ut inter se deliberarent, quid in
hoc negotio agendum eſſet. Attamen
Senonensis Archiepiscopus anno ſe-
quenti in Cleri Gallicani comitiis ſen-
tentiam ſuam communis hujus cætus
judicio ſubmisit.

§. XXVIII.